



**SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO ||
Mechliniensi Au||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae
paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per
IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||**

Varennius, Joannes

Basileae, 1536

VD16 V 385

Nominativvs Ante Verbum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69674](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69674)

Ex hoc schemate fit, quod interrogatiua Græcis nonnunquam duplicentur, hoc modo, ποῖα ποίοις, ποῖθ ποίω, τίς τί-
νι. Sic Aristot. in 4. Polit. τίς δὲ πολιτεία
τίσι, ἢ ποῖα συμφέρει ποίοις, ἐχόμενον δὲ τῶν
ἐρημίων διελθεῖν.

S Y N T A X I S V E R -
B O R V M.

N O M I N A T I V V S A N T E
Verbum.



N O M I N A T I V V S pluralis
neutri generis Atticis con-
struitur cum uerbo singula-
ri, τὰ παῖδια παίζε, pro παί-
ζεσι, pueri ludunt. ἴσα βέχει,
pro βέχουσιν, animalia currunt.

Hoc Poëtis etiã fit in masculino & foe-
minino, τ' δ' ἰὺ βῆις κεφαλαί, pro ἦσαν, illi-
us erant tria capita. μελιγάρον ὕμνοι ὑπέ-
ρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται, pro τέλλοντι, dul-
cisoni hymni facti sunt initia posteriorū
sermonum.

C 3 In

Inueniuntur etiam hoc modo neutra pluralia Attice iuncta participiis singularibus uerborum impersonalium: ut Plato in Prota. *δόξαν ἢ ἡμῖν ταῦτα*, pro *δόξαντα δὲ ἡμῖν ταῦτα*, cum hæc inter nos conuenissent. Quo in loco etiã accusatiuus participij uerbi impersonalis ponitur loco genitiui absoluti, ut latius dicemus in capite de Participiis.

ἄμφω & *δύο* tamen si sint tantum dualis numeri, construuntur etiam uerbis pluralibus. *ἄμφω ἴεχθον*, uel *ἄμφω ἴεχθοσι*, ambo currunt.

Nomina quæ formatione quidẽ sunt pluralia, significatione uero dualia, uel singularia, non iunguntur uerbis dualibus uel singularibus, sed pluralibus dũtaxat, *ἄλλωαι φιλοσοφίαν ἐτρέφον*, non *ἐτρέφε*, Athenæ Philosophiam nutriebant.

Ante uerbum ponitur nonnunquam Attice genitiuus loco nominatiui, *εἴθε μοι τότῳ ᾧ ἀγαθὸν γένοιτο νῦν*, utinam illius boni mihi nũc fiat. Quale illud Ciceronis: *Cũ illius temporis mihi uenit in mentẽ.*
 Verbum

Verbum quod ante se habet nomina-
 tiuum, resolui potest quandoq; quidem
 in cognatum nomen, idq; uel per nomi-
 natium, uel per genitiuum, ut *Λύκιοι συ-
 νεμάχον τοῖς Τρωσίν*, Lycij auxiliabantur
 Troianis: sic resoluitur, *σύμμαχοι τῶν Τρω-
 σῶν ἦσαν*: uel sic, *τῶν συμμαχῶν ἦσαν*, ex auxi-
 liaribus erant. Quandoq; uero in par-
 ticipium, itidem uel per nominatiuum,
 uel per genitiuum sic, *συμμαχόντων ἦσαν*:
 uel sic, *συμμαχόντων ἦσαν*. Semper enim
 loco nominatiui, quē post se habet uer-
 bum substantiuū, licet ponere genitiuū
 pluralem Attice: ut, *ἐκείνῳ ὑπάρχει δικά-
 ος*, uel *ἐκείνῳ ὑπάρχει τῶν δικαίων*. *ἔστι δὲ γε-
 νῆς*, uel *τῶν δὲ γενῶν*.

DE CONSTRUCTIONE
 uerborum substantiuorum.

Verbum *τυγχάνω* cum sit substan-
 tiuum, utrinq; habet nominatiuū:
 melius tamen postponit ei nominatiuus
 participij uerbi substantiuū *ἔστι*, cum alio
 nominatiuo, hoc modo, *Σωκράτης τυγχά-
 νει ὧν σοφός*, Socrates est existens sapiens.

C 4 Quod